



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

& librum I. Methodi Confessionis

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

ADDITIONES AD OPUSCULVM PRIMVM METHODI CONFESSONIS.

AD LIBRUM PRIMVM.

Ipsa initio in Intentione, è Divisione operis n.
2. post illa verba partes complectetur.

Adde.

Addito libro quinto de sigillo Confessionis
(quem sub titulo Appendix ad Librum
quartum olim evulgavimus.)
Cap. 2. §. 4. n. 5. post illa verba, presenti Confes-
sione constituere, Adde.

Et quidem post haec scripta, immo, & in
prioribus editionibus impressa, inveni a Leand.
Sacr. t. 1. 57.
5. d. 7. q. 6.

b Leand. de
a Januar. p.
l. ref. 30.

Theologum sanè perdoctum, qui citans
Hurtadum, & Candidum, absolute docet,
sufficere ad validam efficiendam Confessio-
nem, eum etiam dolorem, qui per quocunque
temporis longi spatium precedit Confessio-
nem: modo ubi semel est habitus, nec expre-
sae, nec implicitè retractus fuerit.

Ibidem § 5. n. 7. post illud facere censeatur.
Adde.

Lege b Januarium, qui docet, eum qui pec-
cata alias rite Confessa, & absoluta confiteretur,
non te, eri iterum elicere actum doloris, si
prior dolor habitualiter, vel virtualiter perse-
veret; nec teneri eliceri actum doloris cum, qui
confiteretur peccatum oblitum in prima Con-
fessione, si de illo cum aliis sub motivo genera-
li dolorem habuit, (semper intellige, si ejusmo-
di dolor modo dicto perseveret) quæ doctrina
confirmat, quæ mox dicentur n. 9. & quæ mo-
do dicta sunt §. 4.

ADDITIONES AD LIBRUM SECUN- dum Methodi Confessionis.

C. i. § 3. n. 11. fine post illa verba ut patet ma-
jor. Adde.

In praecedentibus notant aliqui recte, in
mortis articulo debere de praedictis haberet
actum contritionis, vel saltēm præcessisse con-
fessionem sacramentalēm. Ratio est: quia si co-

ram Deo tunc Fidélis sit in mortali, dictat Ca-
ritas erga se ipsum, ut ponatur in gratia, vel in-
directe per Confessionem, vel directe per
actum Contritionis.

Ibidem n. 12. fine, post illud, de Confessione
vero facta non constat, Adde.

Si certus sis, te peccasse, sed dubius, an illud
peccatum fuerit confessus, dicetur mox §. Se-
quenti fine.

Ibidem n. 14. fine, post illud, pro delicto dubio,
Adde,

Hanc sententiam novissime amplectitur a Leand.
Januarius, merito addens, soluni in articulo pre. 12.
mortis obligari ex caritate sibi debita, in casu,
quo post illud dubium, vel non elicitur contri-
tionem, vel non sumpsit aliud Sacramentum.
Intelligo (Sacramentum Confessionis) in quo
certiores sumus absolviri indirecte peccata obli-
ta, & bona fide non confessa.

Ibidem n. 17. fine, post illa verba Ita nec ausim
ego Adde.

Sed jam post haec à me in praedictum mo-
dum scripta, immo in prioribus impressionibus
edita, invenio à doctis, & prudentibus Theolo-
gis hanc posteriorem sententiam fuisse proba-
bilitatis munere donatam. Nam eam novissi-
me amplectitur b P. Hieronymus Ferrantinus & b Hier. Pa.
insuper inter cæteras probationes adducit Ju-
dicium, quod Doctissimi Patres tres Collegii & Com.
Romani Soc. Jesu pro hac sententia, re mature frat. d. 1.
perpensa, protulerunt. Cum enim (inquit) ex 77. n. 4.
Provincia Austria Propositiones aliquæ missæ
essent Romam, ad nostrum admodum R. P. Ge-
neralem, ipsius iussu examenandas à Patribus
Revisoribus, quorum manus est, libros dilig-
enter expendere, antequam imprimantur, tale
Judicium, quod mox subjeciam, tulerunt una-
nimis circa nonam petitionem factam.

Nona